G. Zycsko et Raczinski Intercisi Roboratio

Coram Officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Bransceñ. comparentes Generosus Nicolaus Zyczko Pincerna Podlachiae ab una et Generosus Marcellinus Sigismundus Raczynsky ab altera partibus sani mente et corpore existentes palam publice ac libere recognoverunt et quilibet eorum suo interesse recognovit. Quia ipsi Intercisam certam seu contractum Ratione Arendae bonorum in eodem contractu specificatorum de data in Mien die Vigesima Quarta July confectum Manibus suis et certorum amicorum subscriptum tam et Inventarium ratione eorundem bonorum ad intercisam conferendum Vadiis Duorum Millium et Quadringentorum Florenorum Polon. firmatum In Omnibus eiusdem Contractus et Inventarii punctis clausulis articulis et conditionibus approbant confirmant et ratificant, Itaque Omnia in praefato contractu et Inventario separata ac descripta tam in toto quam in qualibet Minima parte idem ipsi recognoscentes se de bonis generaliter Omnibus cum posteritate sua affirmative tenere adimplere exequi et inviolabiliter observare submittunt et inscribunt sub Vadiis Duorum Millium et Quadringentorum Florenorum Polon. in casu per partem aliquam non expletae alicuius conditionis ad solvendum irremissibiliter succumbendo. Et Coram officio praesenti Castren. Bransceñ. in primo Termino peremptoria responsione et satisfactione Omnibus Controversiis exceptionibus allegationibus evasionibus dilationibus quibusvis Motionibus Appellationibus ac earum prosequutionibus aliisque in universum iuris remediis et defensis legalibus impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores sibi abscribendo et abrenunciando sub amissione suae Causae successorum suorum litis et integrae causae.

pelski Inscriptionis Oblata.

Officium praesens Castren. Capitan. Bransceñ. Rescriptum infrascriptum Demissionis ex Actis Castren. Lapsoren. authentice ut iuris est emanatum ad oblationem partis cui interest ad inscribendum in Acta praesentia suscepit cuius tenor sequitur eiusmodi. Actum in Lapsore Feria Tertia ante festum Sanctae Mariae Magdalenae proxima Anno Domini Millesimo Septingentesimo Quadragesimo Nono. Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Lapsoren. personaliter comparens Nobilis Laurentius olim Christophori Cibanna de Zarkowo Pallatinatus Podlachiae Districtus Ciechanoviensis suo suorumque successorum nomine omisso et iurisdictione competen. postbabita ea Castren. Lapsoren. in se libere assumpta sanus mente et corpore existens publice liberaque recognovit Quia ille Nicolao olim Hieronymi